

ditionatum, ut cognoscibile a Deo ante decretum; & praedeterminationem suam voluntatis. Sed ex Augustino nullum datur futurum, etiam conditionatum, ante decretum & praedeterminationem voluntatis divinae. Ergo ex Augustino non datur obiectum scientiae mediae. Major est evidens, Minor vero probata videtur ex dictis: Augustinus enim locis citatis expressè docet futura quae Pelagiani fingebant, quae conditionata erant, ut ex supra dictis patet revera non esse futura, quae nimirum, illi volebant ea esse futura ante decretum & praedeterminationem divinae voluntatis; quae est prima radix futuritionis & contingentiae rerum; existimabant enim opera nostra non fore libera, si decretum Dei efficaci illa precederet, & si divina constitutio humanae praeveniret voluntates, ut refert S. Prosper, supra relatus, in Epistola ad Augustinum.

44. Confirmatur ex eodem S. Doctore Tractatu 68. in Joann. ubi explicans haec verba Isaiae 45. vers. 11. *Ita dicit Dominus Sanctus Israel, plures ejus: ventura interrogare me, legit secundam aliam translationem: Qui fecit quae futura sunt: & subdit: Non enim ait qui futurum est quae futura sunt, sed qui fecit quae futura sunt: Ergo & scit ea, & facturus est ea: nam neque facta sunt, si ipse non fecit; neque futura sunt, si ipse non fecerit & scit ergo ea, praedestinando & facturus est, operando. Quibus verbis expresse docet Deum facere futura, ea praedestinando, seu praedestinando, subindeque divinae voluntatis decretum & praedeterminationem, esse radicem totius futuritionis, atque adeo nihil posse concipi ut futurum, sive absolute, sive conditionate, in signo rationis illam antecedente. Unde in lib. de bono perferet. cap. 17. in fine, loquens de merito fidei nostrae, & aliis operibus bonis ad salutem aeternam condicentibus, sic concludit: *si nulla est praedestinatio quae defendimus, non praesumitur a Deo, & ibidem iterum repetit: si Deus bona opera praeservit, profecto praedestinavit; quae vero non praedestinavit bona, non praeservit. Et ibi. 26. contra Faustinum cap. 4. reddens rationem cur necesse sit aliquid sit futurum, ait: Ideo nescio, quia quid habens de hac re Dei voluntas, me latet: illud me tamen non latet, sine dubio futurum, si hoc Dei voluntas habet. Quibus verbis omne genus futurorum a divina voluntate decreto pendere statuit. Quare immediate antea dixerat: illud sane scimus, hoc de illis futurum, quod Dei voluntas habet, quod autem Dei voluntas non habet, fieri de quoquam omnino non posse. Ergo Sanctus Doctor aperte rejicit scientiam mediae, quantum ad substantiam, & non solum abutium illius.**

45. Confirmatur amplius: Augustinus tria passim docet quae generantur scientiam mediae repugnant. Primum est, gratiam efficacem defluere vim suam ab omnipotentissima Dei voluntate. Secundo, res dici & esse futuras a priori, quod a Deo sciuntur. Tertium, Deum cognoscere creaturas in sua essentia, ut in causa. Quae omnia negant Adversarii, quod videant, cum nullo illorum scorum, multo minus cum his tribus conjunctum, stare posse scientiam mediae, quam a principis omnino contrariis defluunt. Ergo S. Doctor rejicit scientiam mediae, quantum ad substantiam, & non solum quoad abutium, & modum illum erroneum, quo ponebatur a Semipelagianis. Consequenter manifesta est, Antecedens vero, quoad secundam & tertiam partem, disp. 2. art. 1. & disp. 3. art. 4. ostensam est, & quantum ad primum, fufte Tractatu sequenti disput. 5. demonstrabitur, agendo de efficacia voluntatis divinae.

§. III.

Quid de D. Thoma.

46. In omnibus semper Augustino adhaerit fidelissimus ejus discipulus D. Thomas, quare non potuit ei placere scientiam mediae, si Augustino displicuerit; nec ab illo approbati, si ab illo fuerit reprobat. Placet tamen hic breviter ostendere, quantum ad doctrinam D. Thomae principis talis scientia abhorreat; & quam longe ab ea distent Defensores illius: non enim melius mens S. Doctoris inquiri potest, quam ex principis communibus, toti ejus doctrinae connexis, cum nullibi hanc quaestionem expressè pertractaverit. Unde

Dico secundo: scientiam mediae pluribus principis doctrinae D. Thomae asperissime repugnat. Probatur conclusio multipliciter, exponendo scilicet plura principia doctrinae D. Thomae, quae manifeste repugnant scientiae mediae, & ex quibus evidenti illatione sequitur ejus destructio.

47. In primis evidens est, scientiam mediae non posse stare, destructo ejus obiecto: Sed D. Thomas destruit obiectum scientiae mediae: Ergo & ipsam scientiam. Minor probatur: Obiectum scientiae mediae, est veritas objectiva propositionum contradictarum de futuro contingenti ante decretum, ut docent ejus assertores: Sed hanc veritatem obiectivam excludit S. Doctor variis in locis supra disp. 4. art. 3. §. 2. relatus, quibus docet contradictoria de futuro contingenti nullam inesse determinatam veritatem, non solum quoad nos, sed etiam quoad se: nam lect. 13. super

cap. 8. libri Periherm. negat hujusmodi contradictoria veritatem, quia futurum contingens non habet esse determinatum in suis causis liberis. Et in 1. sent. dist. 38. q. 1. art. 5. ad 2. ait: *Futurum contingens non est determinatum verum antequam fiat, quia non habet causas determinatas.*

Confirmatur Idem S. Doctor 1. p. q. 16. art. 7. ad 3. haec scribit: *illud quod nunc est, ex eo futurum fuit antequam esset, quia in causa sua erat ut fieret; unde sublatam causam non esset futurum illud fieri: sola autem prima causa est aeterna; unde ex hoc non sequitur, quod ea quae sunt, semper fuerit verum esse futura, nisi quatenus in causa semper fuerit, ut essent futura; quae quidem causa solus est Deus. Ubi clarissime docet quod nisi in prima causa futura praehabeanur, non possunt esse futura, nec potest esse verum quod illa futura erunt, nisi in tali prima causa praehabeanur. Constat autem quod futura quae dicuntur certo a Deo cognosci per scientiam mediae, non praehabentur in prima causa, sed futura, cum de ipsis prima causa nihil dispossuerit, sed fecerit tantum quid fecerit causa factura sit, si in his ut illis circumstantiis ponatur: Ergo sublata haec dispositio prima causa, non est futurum haec conditionata fieri. Quod si non est futurum illa fieri, nec est futurum illa certe a Deo cognosci ut futura. Et sic praedictio D. Thomae testimonio dissolvitur adstruitur tota haec machina scientiae mediae.*

Secundo, Unam exprincipis quod D. Thomas frequenter usurpat, est Deum non cognoscere res immediate in seipsis, sed solum in seipsis, & in sua essentia tanquam in causa, & medio prius cognito. Ita expressè docet hic art. 5. in corpore, quod his verbis concludit: *Sic legitur dicendum est, quod Deus seipsum videt in seipsis, alia autem a se videt, non seipsum, sed in seipsis. Idem repetit in responsione ad primum. Item 1. contra Gentes, cap. 49. probat ex Dionysio, Deum omnia cognoscere in sua essentia tanquam in causa. Et cap. 65. ratione 5. Cognovit (inquit) Dei est de rebus omnibus per causas: se enim cognoscens quod est omnium causa, alia quasi suis effectibus cognoscit. Quod exp. 7. extendit ad futura contingentia, & cap. 68. ad actus liberos nostrae voluntatis, ut ibidem videtur potest. Ex hoc autem principio sequitur manifesta destructio scientiae mediae, cum enim essentia divina non sit causa rerum ad extra, nisi ut habet adjunctam voluntatem, & a se igitur determinat per decretum; eo quod Deus non sit agens ad extra per modum naturae, sed per modum liberi: si in illa tanquam in causa, & medio prius cognito, futura contingentia & libera cognoscit; evidens est illa non posse cognoscere antecedenter ad decretum, per scientiam mediae.*

Tertium principium doctrinae D. Thomae est, rem esse futuram, esse denominationem extrinsecam, sumptam a preparatione, ordinatione, & determinatione causarum ad illius productionem. Ita docet quest. 2. de verit. artic. 1. in corp. & ad 7. & in 1. dist. 38. quest. 1. art. 5. ad 3. Ex quo etiam principio solvitur omnis scientia media, cum ex illo evidenter sequatur, nullum contingens esse determinate futurum, absolute, vel conditionate, independenter a decreto, & ordinatione, vel determinatione causae primae, ut constat ex infra dicendis, demonstrando impossibilitatem hujus scientiae.

Quarto, D. Thom. docet scientiam Dei esse priorem rebus, nec ab illis mensurari, quantum ad veritatem, & certitudinem, sed potius esse illarum regulam, & mensuram: ut videtur potest in hac quest. art. 8. ad 3. ubi ait: *Sicut scilicet naturalis sunt priora scientia nostra, & mensura ejus; ita scientia Dei est prior, quam res naturales, & mensura ipsarum. Et 2. q. 93. art. 1. ad 3. Ratio intellectus divini aliter se habet ad res, quam ratio humani intellectus. Intellectus enim humanus est mensuratus a rebus; ut scilicet conceptus hominis non sit verus propter seipsum, sed dicitur verus: ex hoc quod consonat rebus. Intellectus vero divinus est mensura rerum, quia utaqueque res in tantum habet de veritate, in quantum imitatur intellectum divinum. Sed cum hoc principio non posse stare scientiam mediae, evidens est, quia talis scientia non est regula, & mensura certitudinis, & veritatis quae est in rebus futuris: sed potius earum futuritionem, ac veritatem obiectivam supponit, eamque tantum speculatur, & explorat: Ergo scientia media principis doctrinae D. Thomae repugnat.*

Quinto, Constat ex pluribus testimoniis disp. 4. artic. 6. §. 2. adductis, D. Thomae docere scientiam futurorum, latere absolutorum, esse in decreto fundatam, & ab eo dependentem. Id etiam aperte colligitur ex 1. sent. dist. 39. quest. 1. art. 1. ad 5. ubi dicit: *Licet esse & scire Dei sint idem secundum rem, tamen scire sequitur voluntatem, ut imperatur ab ipsa. Et art. 2. ad 1. ait: Ipsum scire in Deo esse subjectum libertatis voluntatis. Hinc vero pracladi viam ad scientiam mediae, §. praecedenti ostendimus; nam si praesentia futurorum natiur decreto, illud debet esse infallibile, & ab intrinseco cum illis connexum, ac proinde de se efficacax, & efficiens liberam determinationem voluntatis, subindeque excludens scientiam mediae, quae supponit decretum indifferens, & a voluntate humana, quoad speciem actus, determinabile.*

Sexto,

§. I.

Argumentum primum a cognitione creaturarum in essentia divina ut in causa.

Hoc argumentum quod per totam disputationem fecundam prosecutus sumus, potest sic breviter proponi. Creaturae possibiles non aliter cognoscuntur a Deo, quam in essentia, seu omnipotentia divina, tanquam in causa: Ergo non est alia futurorum cognitio in Deo, nisi in decreto, seu quod idem est in omnipotentia Dei determinata per decretum, subindeque vacat scientia media, quae praevient decreta Dei tam absoluta quam conditionata. Antecedens disput. 2. artic. 1. variis rationibus, & SS. PP. testimoniis demonstravimus, praesertim ex D. Dionysio cap. 7. de divinis nominibus, dicente, *Deus non secundum rationem singulari se immittit, sed secundum causam conditionem, sicut omnia*. Et infra: *Divina sapientia seipsum cognoscit, sicut omnia; & sua causa complexa, rerum omnium scientiam habet*. Adduximus etiam illud Augustini 11. de Civit. cap. 7. *Cognitio creaturae in seipso, declaratur est, quam cum in Dei sapientia, velut in arte per quam facta est cognoscitur, & istud D. Thomae 1. part. quest. 12. artic. 8. videtur omnia in Deo facta esse in sua causa*. Consequenter vero probatur: Tum quia sicut habet essentia nuda & omnipotentia ad creaturas possibiles; ita ad futura eadem essentia determinata, & omnipotentia applicata per decretum; Tum etiam, quia sicut ab essentia, ut participabili & immutabili per modum ideae, creaturae habent suam non repugnantiam, ut sint entia participatio essentiae, & ab omnipotentia sunt producibiles, ut a causa efficiente, quae potest quidquid non repugnat; ita voluntas determinata per decretum positivum aut permixtivum, est causa transitiva a possibili ad futurum; Tum denique, quia fundamentum & radix cur possibilia cognosci debeant in essentia ut in causa, nec aliud medium suppetat extra Deum, est perfectio absoluta, & summa Dei independentia, quae non patitur illum sui cognitionis & volitionis specificationem haerere aliunde, quam a propria essentia; neque habere aliud obiectum formale & immediatum cognitionis possibilem, quam essentiam nude sumptam; & futurorum, quam eandem essentiam, ut per decretum determinatam, sicut obiectum specificationem volitionis Dei libere, est sola bonitas increata; creatura vero, ad obiectum duntaxat materiale & secundarium pertinent.

Neque potest haec ratio eludi evasione Vasquezii, negantis Deum ullam creaturam cognoscere ex sua omnipotentia comprehensione, quia effectus (inquit) non cognoscitur in causa, nisi haec referatur relatione transcendentali ad illum, qualis repugnat causae increatae, quae ab omni respectu ad creaturas absoluta est. Quasi vero causa vim habeat decendi in cognitionem effectus ratione hujusmodi relationis, & non potius ratione continentiae & connexionis necessariae, ac dependentiae effectus ab ipsa; quae tria eo perfectius adsunt Deo, & cuique causae, quo est prior, magis independentes a suo effectu.

Adde, quod si causa quaelibet non esset idonea ad inducendam effectus cognitionem, nisi ratione relationis, quae Deo deest, etiam dici posset, ineptam esse ad effectum producendum: cur enim hujusmodi relationi allegatur vis potius manifestandi, quam produculendi effectum? Ergo sicut omnipotentia Dei, absque relatione transcendentali ad creaturas est potens & efficacax ad productionem illarum, ita absque eodem respectu, potest habere rationem mediae ad illas cognoscendas, ut supra disp. 2. art. 1. ostensum est.

Futile etiam ac ridiculum est quod ait idem Auctor, 61. nimirum, nec Deum, nec beatos posse videre futurum in decreto, quia per respectum rationis ad creaturas constituitur, & est merum ens rationis: *Quid enim absurdum, quid impius & Arabeis acceptus esse potest (inquit P. Baro-nius lib. de libert. humana & gratia divina) quam Dei voluntatem, quae omnia constituit & movet clamant Scripturae, mero ente rationis consistere: Tanti est apud illos Auctores convellere cognitionem rerum in essentia ut in causa, & decreto, ut scientia mediae hic eversis fundamentis astruatur. Si ita licet arguere, actum est de fide, & de vera Scripturae, quae vim providentiae, & rerum universarum dicit pendere a liberis decretis: quae ne quidquam confersat cognitioni divinae de futuris, placet Vasquez in mera entia rationis resolvere.*

Ex his manifeste patet impossibilitas scientiae mediae: 62. Omnes enim ejus defensores assignant ei pro obiecto primario aliquid creatum, scilicet actus nostros liberos conditionate futuros: Sed impossibile est scientiam Dei habere pro obiecto primario & specificatione aliquid creatum, cum obiectum primarium tantum motuum quam determinationem divinae intelligentiae sit sola divina essentia, ut in Tractatu de attributis fufte ostendimus disp. 2. art. 5. Ergo scientia media in Deo impossibilis est.

N a §. II.

53. Sexto, Quotiescumque D. Thomas explicat concordiam noxae libertatis cum divinis decretis, recurrit ad infinitam efficaciam divinae voluntatis, & attingens non solum substantiam, sed etiam modum libertatis in nostris operationibus, ut constat ex 1. part. qua. 19. art. 8. ex primo contra Gentes cap. 55. & ex aliis locis supra a nobis citatis: Ergo non admittit scientiam mediae. Consequenter patet, si enim illam agnosceret, non deberet recurrere ad infinitam illam efficaciam voluntatis, sed potius ad praesentiam futuri consensus, & ad scientiam illam exploratricem, quae Deus scrutatur ac explorat quid homo ex innata libertate volutus sit, & ad quid determinabit concurrum indifferenter quem illi offert, sicut ejus defensores docent.

54. Septimo, S. Thomas 1. p. quaest. 19. art. 8. & pluribus aliis in locis, expresse docet quod efficacia divina voluntatis est prima causa, praemagis radix omnium contingentiarum: Ergo sentit quod eadem efficacia est prima radix libertatis, eadem enim prorsus est ratio de contingentia & libertate quantum ad hoc. Docet ergo aperte S. Thomas quod actu divinum voluntatis efficacem, nulla est contingentia vel libertas in rebus: Ergo docet quod per nullam scientiam possit cognosci contingentia seu libertas in rebus abque efficacia divina voluntatis, subindeque excludit scientiam mediae, quae hoc conatur suadere, quod videlicet abque efficacia divina voluntatis certo cognoscatur bonus usus futurorum liberi arbitrii, si illud in tali vel tali ordine collocaretur.

55. Octavo, D. Thom. 1. p. quaest. 14. art. 8. ad 1. & q. 2. de verit. artic. 14. ad 1. docet non ideo res sciri a Deo, quia futura sunt, sed ideo futuras esse, quia sciuntur a Deo, per scientiam scilicet praesentiam, & applicatam a decreto, ut disp. 3. art. 4. ostendimus: unde explicat dictum Origenis dicentis, *quia futurum esse aliquid, ideo dicitur a Deo; & dicit hoc non esse intelligendum secundum causam essendi, sed tantum secundum causam inferendi; id est in sensu tantum illativo, & non causali: At hoc principium repugnat etiam scientiae mediae, ejusque assertores, qui docent ideo res futuras sciri a Deo, quia futurae sunt; & negant ideo illas esse futuras, quia sciuntur a Deo: Ergo idem quod prius.*

56. Nono, Molina & alii defensores scientiae mediae, docent praedestinationem esse tantum certam certitudine praesentiae, non vero certitudinem causalitatis mediorum: Sed hoc reprobat a D. Thoma quaest. 6. de verit. art. 3. ubi dicit, *esse contra Scripturam & dicta Sanctorum*. Et quodlibet. 13. art. 3. inquit, *praedestinationem habere certitudinem ex parte scientiae Dei, quae non potest falli, ex parte voluntatis divinae, cui non potest aliquid resistere, & ex parte providentiae, quae certissimo modo ducit ad finem*. Item quaest. 6. de verit. artic. 3. ait, *praedestinationem addere praesentiae habitudinem causae*. Ergo scientia mediae repugnat principis doctrinae D. Thomae.

Denique disputatione praecedenti ostendimus, decreta absoluta ex parte subiecti, & conditionata ex parte obiecti, in Deo admittenda esse juxta S. Doctoris principia, praesertim juxta principium illud, quod in ejus doctrina certissimum & communissimum est, Deum omnia in seipso ut in causa cognoscere: Sed cum decretis illis conditionatis scientia mediae cohaerere nequit, ut de se patet, ejusque defensores fatentur: Ergo illa de medio tollenda est, si stare velimus praecipuum & communissimum doctrinae D. Thomae principium. Unde Salmanticensis refertur Curialem, Doctorem Salmanticensem celeberrimum, cum primum scientiam mediae docuisset, eam postmodum retractasse; cum enim totum septimum uni Summae D. Thomae cum Cajetani Commentarii legenda (ejus amore, ut Jacob Rachelis potius studio, flagrabat) impendisset, nulla hujus scientiae femina aut vestigia in eo reperire potuit, cum maxime vellet; sed potius illam, Angelicae doctrinae principis aperitissime repugnare, comperit. Vir est toto orbe celeberrimus, & supra omnem laudem, nullique partium addictus, immo & in scientiam mediae aliquando prior, cui subindeque major fides habenda, quam ulli nostrum, aut e Societate. Ex quo intelliges, gratis & inconsiderate a Patre Annato dictum: *Thomistic apud Thomam scientiam mediae cognovisse, sed in modum illius, qui cum breviter suum perdidisset, ita quarebat nisi invenirentur timeret*.

ARTICULUS V.

Variis argumentis, ex principis supra statuta desumptis, expungitur scientia media.

Hae argumenta fufte, & lato calamo, disputationibus praecedentibus expendimus; nunc ea hic in unum colligemus, & breviter ac dilucide exponemus.

Theol. Genet. Tom. I.

§. II.

Secundum argumentum, a perfectione divina scientia.

62 Hoc argumentum desumitur ex principiis statuti disp. 3. agendo de causalitate & perfectione divina scientia...

63 Dices: hoc necessario admittendum esse in praesentia peccatorum, cum scientia Dei libera, non sit eorum causa...

Respondeo quod quavis scientia Dei libera non sit causa peccatorum, nec faciat, sed supponit illorum futuritatem...

64 Dices rursus cum Faolo: Prius ratione res habet esse in se, quam fit intelligibilis & scibilis...

Respondeo, Antecedens esse verum, respectu scientiae create, quae speculativa est...

65 Instat Faolo: Prius est in Deo ratio intelligibilis, quam actualis intellectio...

Respondeo primo Antecedens absolute negari posse, juxta communione sententiam...

Respondeo secundo, quod estis comparando essentiam & naturam Dei ad ejus intellectum...

§. III.

Tertium argumentum ex defectu medi in quo scientia media suum obiectum cognoscit.

66 Hoc argumentum tota disputatione quarta ab articulo tertio usque ad octavum, fuisse prolocutus sum...

tatis create, vel aliarum causarum contingentium; ut Molina & Becanus existimant...

Dices, Deum non cognoscere futura conditionata in aliquo medio, sed immediate in seipsis...

Sed contra primo: In quolibet scientia, ut dicebamus, praeter rem cognitam, debet admitti medium in quo per quod cognoscatur...

Secundo, Si divinus intuitus immediate, & independentem ab essentia divina prius cognita, ferretur ad creaturas...

Tertio disp. 4. artic. 4. pluribus rationibus ostendimus futura contingentia, in signo rationis antecedente divinum decretum...

67 Instat Faolo: Prius est in Deo ratio intelligibilis, quam actualis intellectio...

Respondeo primo Antecedens absolute negari posse, juxta communione sententiam, quae naturam Dei ipsa intellectuione constituit...

§. IV.

Quartum argumentum a definitione scientiae mediae.

71 Scientia media est cognitio certa & evidens futurorum conditionatorum ante decretum & praedestinationem voluntatis divinae...

72 Respondent Adversarii, haec argumenta demonstrare quidem, nihil esse absolute futurum ante decretum absolute...

73 Sed in primis haec responsio non cohaeret cum illorum principiis, idem enim volunt res contingentes & liberas esse conditionate futurum...

§. V.

Præcluditur aditus solae evasioni Adversariorum.

Mirum est quantum haec argumenta premant & torqueant Adversarios, unde ut ab illis se expellant, in omne latus se vertunt...

teresse discrimen, quod absoluta dependet a decreto actu...

80 Hanc responsum plurimum extollunt quidam Recentes...

81 In primis enim, sicut ad sonitum & clangorem tubarum...

82 Secundo, Decretum illud, quod Adversarii dicunt obje-

83 Tertio, nem esse futuram sub conditione pro tunc fut-

84 Quarto, licet res possibilis non sit effectus existens de...

85 Confirmatur & magis illustratur hac ratio: si non ob-

Dices, quod licet divino decreto repugnet futurum ab-

Confirmatur & magis illustratur hac ratio: Futuro...

§. VI.

Quintum argumentum ex impossibilitate scientie medie.

Impossibilitas scientie medie demonstrari potest argumen-

§. VII.

Sextum argumentum ex inutilitate scientie medie, ad dirigendum Deum in suis decretis absolutis.

Defensores scientie medie, ad duo precipue capita il-

Deinde scientie medie necessitatem vel utilitatem repe-

necessitatem antecedentem, libertati inimicam & adver-

Ut ergo scientia medie inutilitas evidenter ostendatur,

Dico ergo primo: Scientiam mediam non esse neces-

Probatur primo argumento desumpto ex principiis Ad-

Probatur primo argumento desumpto ex principiis Ad-

Denique studeri potest conclusio ab absurdo & inconve-

Confirmatur & magis illustratur hac ratio: Deus non

Confirmatur & magis illustratur hac ratio: Deus non

Probatur rursus conclusio, & magis adhuc ostenditur

Audiamus etiam Augustinum clare docentem, tempus,

Denique studeri potest conclusio ab absurdo & inconve-

Confirmatur & magis illustratur hac ratio: Deus non

Confirmatur & magis illustratur hac ratio: Deus non

Confirmatur & magis illustratur hac ratio: Deus non

Sopelnam argumentum, ex inutilitate scientia media ad conciliandam humanam libertatem cum praedestinatione & gratia efficaci.

197 Deo secundo: Scientiam mediam non esse utilem aut idoneam ad conciliandam humanam libertatem, cum praedestinatione & gratia efficaci. Ita, praeter Thomistas, docent plures Doctores eximii ex omnibus Academicis & Ordinibus, quos referunt Alvarez, Salmanticenses, Joannes a S. Thoma, & alii: inter hos ex Salmantina Academia praecipue eminent Curiel, Bassili Legionensis, viri toto orbe celeberrimi, qui licet scientiam mediam aliquando docuerint, tamen sapientiores facti eam retractarunt ac reprobarunt, quod certe non leve stabilimentum est nostrae sententiae. Ex Academia Complutensi Villegas, ex Olcenfi Gaspar Ram, ex Parisiensis Coqueus, & Flambers, ex Duacensi Etlus, & Stylvius, & tandem ex Lovanienfi omnes Doctores unanimi consensu rejecerunt scientiam mediam, & de ea hoc tulere iudicium vix censuram: Sententia hae Dei hominatem obscurat, iustitiam avertit, Scripturas illudit, Patrum testimonium in alieno sensu detorquet, humanae rationi corruptioni applaudit, humilitatis fundamentum everit, peccandi necessitatem non magnum relinquit, propriam vitam salubrem ingenerat; in saluti negotio, quod praecipuum est hominis domus, quod minus Deo & gratiam Dei libero subdit arbitrio, & ipsius iudicium facit, in summa a Pelagio non satis procul abscedit. Lutheri vero & Calvinii, & plurimum nostra temporis haereticorum sententiam, dum ab ea videtur velle quam longissime recedere, potentiusque debellare, magis imprimenda stabili atque confirmata.

98 Scotus etiam in 1. dist. 39. qu. 1. §. Vis de contingentiis verum, clarissime rejicit scientiam mediam, seu scientiam futurorum contingentium independentem a decreto, ac determinatione voluntatis divinae: docet enim quod propositiones de futuro contingenti, ante actum divinae voluntatis, non sunt determinate vere, sed quasi neutrae: voluntas vero divina, eligens unam partem, facit illam determinate veram, & ex tunc certo cognoscitur a Deo, quod non accidit in propositionibus necessariis, quae quia in illo primo instanti ante determinationem divinae voluntatis sunt verae, utpote quae in sua veritate non dependent a voluntate divina, ideo in illo primo instanti cognoscuntur a Deo, subdicit: Tunc autem, id est, in illo primo instanti, non sunt verae contingentes, quia nihil est tunc per quod habeant veritatem determinatam: postea autem determinatione voluntatis divinae, iam sunt verae, videlicet pro illo secundo instanti: & haec eadem erit ratio intellectui divino intelligendi ista, quae sunt iam vera in secundo instanti. Quo nihil clarius & expressius contra scientiam mediam dici potest. Unde si qui ex Francicana familia illam addmittunt, non Scoti, sed Molinae discipuli, quantum ad hoc, dicendi sunt.

99 Nonnulli quoque ex Patribus Societatis Jesu, scientiam mediam ut inutilem ad conciliandam libertatem cum praedestinatione, & decretis absolutis rejiciunt, praesertim Henricus Henriquez, Typhanus, & Azorius, quorum verba & textus expressos infra art. 6. in Apologia Thomistarum referemus. Immo Azorius libro 4. inquit. Moral. c. 24. q. 2. quod olim de Ciceroe Augustinus dixit, ut faceret homines liberos, facile sacros leges, de junioribus Theologis suae Societatis asserit: Pauci (inquit) juniores Theologi, forsasse ut voluntatem nostram liberam faciant, faciunt sacros legem, dum negant Deum liberam nostram opera bona praeferunt. His adjuangi poterit Joannes Lallemander, recentissimus Scrip-tor Ordinis Minorum: ille enim tomo primo cursus Theologici disput. 8. partitione 3. fol. 250. ostendit, nec Magistrum sententiarum, nec alios veteres Theologos, in lectione Sanctorum Patrum versatissimos, necque Patres Concilii Tridentini scientiam mediam agnovisse, nec illam adhibuisse ad conciliandam libertatem nostram cum praedestinatione, & gratia efficaci, & tandem ironice sic concludit: Quanta igitur ignorantia cerebra in antiquis Theologis, & quanta lux illuminant de novo praecipua Religioni nostrae mysteria, apud RR. Patres Societatis orsa! His praemissis,

100 Probatur primo conclusio, & demonstratur inutilitas scientiae mediae ad conciliandam libertatem, hoc discursu. Augustinus recte cum nostra libertate, certitudinem prae-destinationis, & efficaciam gratiae comparavit: Sed ad talem concordiam stabilendam & explicandam, non adhibuit scientiam mediam: Ergo ad hoc illa non est necessaria, vel idonea. Major non potest fieri temeritate negari, cum doctrina Augustini, in materia praedestinationis & gratiae, a Caesestino Papa, in Epistola ad Episcopos Galliae, & a Leone, tertio post Caesestinum Pontifice, laudata & approbata fuerit, ut referunt in praefatione ad librum de prae-destinatione Sanctorum, illamque Romanam Ecclesiam semper amplectam fuisse, constat ex Hormisda Papa in Epistola ad Possessorum Episcopum, & ex Joanne secundo in Epistola ad Avienum Senatorem.

Tota ergo difficultas resolvitur ad Minorem, quae multipliciter demonstratur. Primo ex confessione ipsius Molinae, qui in hac causa esse veluti Coriphaeus & Antegignatus; ille enim in concordia Utilitatis edita anno 1588. fol. 487. loquens de scientia media dicit: Si ea data & explanata fuisset ab Augustino, forte nunquam Pelagiana haeresis fuisset exorta, neque Lutherani tam impudenter libertatem arbitrii nostri fuissent ausi negare, obtinentes cum divina gratia & praedestinatione coherere non posse; neque ex Augustini opinione, convectionibusque ejus cum Pelagianis, tot fideles fuissent turbati, nec ad Pelagianos descivissent; facileque reliqua illa Pelagianorum in Gallia, quorum in Epistolis Propseri & Hilarii fit mentio, fuissent extincta &c. Quibus verbis aperte proficitur Molina, Divum Augustinum non adhibuisse scientiam mediam, ad stabilendam vel explicandam concordiam libertatis nostrae cum praedestinatione & gratia efficaci; illumque strenue quidem laborasse, & dimicasse, ut fidem adversus Pelagianos propugnaret; sed minus feliciter, quia legitimam viam defendendi, & conciliandi libertatem humanam, cum praedestinatione, & gratia efficaci nempe scientiam mediam vel nescivit, vel non explanavit: & quia tam potens antidotum, & alexipharmacum, adversus Pelagii venena, & pestiferam haerem, ab ejus memoria excidit, vel uti hoc remedio neglexit, hanc pestem omnino non abtulit, & reliquias illas Pelagianorum, de quibus in Epistolis Propseri & Hilarii fit mentio, totaliter non exstinxit. Denique quia lux illa Molinistica, et tunc non affluit, sed quaedam veluti caliginosa exillens, ad rem non attendit: ut ibidem Auctor loquitur, ibidem membro 6. §. Quoad Augustinum. Qua prudentia & sapientia haec dicta sunt, iudicio prudentis Lectoris relinquit; interim tamen ex confessione Molinae habetur, Augustinum non adhibuisse scientiam mediam, ad stabilendam, vel exponendam concordiam libertatis nostrae cum praedestinatione & gratia efficaci.

Secundo probatur eadem Minor: Juxta Augustinum libro de gratia Christi cap. 47. & libro 4. contra Julianum cap. 8. ista quaestio ubi de arbitrio libertatis, & Dei gratia disputatur (& idem est de praedestinatione) ista est ad discernendum difficultas, ut quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videtur: quando autem asseritur Dei gratia, liberum arbitrium patitur auferri. Verba sunt Augustini. Quare ut arbitrii libertatem, & simul Dei gratiam defenderet, semper ad scientiam altitudinem, & Dei infirmitatem, cum Paulo consuebat: At juxta Adversarios, conciliatio ista per scientiam mediam, facillima est, & quando illa mediante, divina gratia defenditur, liberum arbitrium ne apparet quidem auferri putatur. Ergo conciliatio Augustini, certitudinis praedestinationis, & efficaciam divinae gratiae, cum libertate nostra, non est per scientiam mediam.

Tertio, Ex modo conciliandi libertatem nostram cum efficaci gratia, & certitudine praedestinationis, tradito ab Augustino, plures ex fidelibus fuerunt turbati; quia scilicet astruebant vocationem secundum propositum, ex qua interebant nostram libertatem everti, occasioque torporis & negligentiae hominibus exhiberi, ut in fusiis Epistolae testantur Propser & Hilarius, & de hoc ab Augustino petunt edoceri; quomodo scilicet, ex isto vocationis modo, occasio negligentiae vocatis non detur, & non vocatis ansa desperationis? Videatur Propser prope finem Epistolae, & Hilarius paulo ante medium, ubi haereticorum nomine infert, ex vocatione secundum propositum, & perseverantiam dono, prout ab Augustino traditur, inutilem fore exhortationem & correptionem. At ex efficaciam & certitudine praedestinationis, non abintusfeco, sed ex sola praesentia conditionata nostri consensus praesent, qualiter a modernis struitur, haeretici nunquam intulerunt haec inconvenientia; immo ad haec vitanda, hanc conciliationi modum Recentiores excogitarunt, eadem absurda ex praedestinationis certitudine, & efficaciam gratiae, prout a nobis ponitur, inferentes, quae a Semipelagianis olim inferebantur ex Augustini sententia, ut vidimus supra art. 3. & fuffus in Tractatu de voluntate Dei disp. 3. art. 4. ostendimus. Ergo conciliatio Augustini non est per scientiam mediam, sed qualiter a nobis struitur.

Quarto, Efficacia gratiae, & certitudo praedestinationis, juxta doctrinam Augustini, oritur ex omnipotentissima Dei potestate, & supremo dominio, quo magis habet in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas, ut docet de correptione & gratia cap. 14. At certitudo praedestinationis, & efficaciam gratiae, ex praesentia conditionata proveniens, talis non est: illa enim non descendit ex omnipotentissima Dei potestate, & ex supremo dominio quod habet in nostras voluntates, sed ex praesentione futurae consensus, quae erit de concordia libertatis cum decreto praedeterminante.

Quinto, efficaciam gratiae, & consequenter praedestinationis, talis est de mente Augustini, ut de nolentibus faciat

ciat volentes, & de repugnantibus consentientes. Sic docet libro contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 19. Sed efficaciam gratiae, & praedestinationis, ex sola praesentia orta, non facit homines de nolentibus volentes, & de repugnantibus consentientes; sed de volentibus in statu conditionato, volentes in statu absoluto: Ergo ista efficaciam, & modus conciliandi libertatem arbitrii nostri cum illa, non coheret cum doctrina D. Augustini. sed illi repugnat.

105 Denique Minor principalis suadet. Modus conciliandi libertatem cum praedestinatione, quem docet Augustinus, longe diversus est, & omnino oppositus illi quem docet Faustulus Semipelagianorum Coryphaeus. Sed Faustulus conciliabat libertatem cum praedestinatione, per praesentiam futuri consensus; ut constat ex libro quem edidit de gratia & humanae mentis arbitrio, in quo saepe repetit, & inculcat, tanquam praecipuum suae doctrinae fundamentum, Nisi praesentiam exploraverit, praedestinatio nihil deest; & in eo D. Augustinum, suppresso nomine, saepe accusat tanquam libertatis destructorem, Manicheum, & Gentilium superstitionis reum; ut ibidem videri potest, & notat Sixtus Senensis lib. 6. Bibliotheca c. 252. Videri etiam potest Baronius ad annum 490. ubi postquam retulit & ostendit libros Fausti de gratia & libero arbitrio, ab Hormisda Papa, & ab universalis Ecclesiae, tanquam haereticos, & Pelagianam doctrinam continentem, fuisse damnatos, sic concludit ibidem n. 32. Tomo 6. pag. 343. Cum igitur Fausti sententia, ubique ab Ecclesia Catholica fuerit convalidata, videntur quanto periculo, quidam ex Recentioribus, dum in Novatores insurgunt, ut eos confitent, a S. Augustini sententia de praedestinatione recedant: cum aliquam arma non desint, quibus haeretici proscriptionem.

107 Ex his intelligitur, non itaque a Dominicanis accusatum fuisse Molinam, & ad Tribunal Sanctae Inquisitionis rap-tum, ut P. Anastus frequenter nobis objicit; non enim solum actum est in Molinam, quod scientiam mediam invenisset, sed quod ignotam dixerit Augustinus, & ex ejus iustitia infelicitur contra Pelagianos pugnavit, nec posse Haereticos vinci, nisi ex promptuario scientiae mediae nova arma subministraretur, quorum usum Augustinus nesciverit, cum magna animarum pernicie, & sub quadam veluti caligine extiterit, eo quod fulgens illud scientiae mediae jubar ei non affluerit. Hoc certe male habuit Dominicanos, immo ipsos Molinae defensores, qui verba illa in D. Augustinum, & totam Ecclesiam contumeliosa, ex posterioribus Molinae editionibus eraserunt; atque haec fraterna emendatione, publicam Ecclesiae in ipsam sententiam averterunt.

108 Probatur rursus conclusio, & principaliter suadetur inutilitas scientiae mediae, ad conciliandam libertatem, cum efficaciam gratiae, & certitudine praedestinationis, ratione communi nostrorum Thomistarum. Certitudo, aut efficaciam inferens, & causans libertatem, non potest illam destrueret: Ad efficaciam gratiae, & certitudo praedestinationis, a scientia media independentes, causat & infert libertatem consensus. Ergo illam non destruit; & consequenter, ut ibi simul efficaciam gratiae, certitudo praedestinationis, & nostra libertas, scientia media necessaria non est. Major & consequentia patent: Minor autem probatur. Efficacia divinae gratiae, & certitudo praedestinationis, oriuntur & procedunt ex summa efficaciam voluntatis divinae: At efficaciam summae divinae voluntatis, expedit ut non solum inerat substantiam consensus nostri, sed etiam modum libertatis illius, quando vult ut fiat, & libere fiat: Ergo efficaciam gratiae, & certitudo praedestinationis, ab efficaciam divinae voluntatis procedens, & illi innixa, ac in ea fundata, non solum inerat & causat substantiam nostrorum actuum, sed etiam modum libertatis. Qua ratione usus est D. Thomas, ut efficaciam gratiae cum nostra libertate componeret, qu. 6. de veritate art. 3. ad 3. primo ad Anselmum. dist. 47. qu. 1. art. 4. ad 4. tertio contra Gentes cap. 94. in hac parte qu. 19. art. 8. qu. 22. art. 4. qu. 23. art. 6. qu. 83. art. 1. ad 3. 1. 2. qu. 10. art. 4. ad 1. & pluribus aliis in locis, eamque saepe exponemus in Tractu de Voluntate Dei disp. 9. artic. 3. ubique ex Reverendissimo Patre Hycintho Libelli, Sacerdoti Palatii Magistro, ostendimus, hanc doctrinam, & modum conciliandi libertatem cum praedestinatione & gratia efficaci, ab ipso Ecclesiae capite, & Apostolorum Principe primitivum fuisse derivatum.

109 Illum etiam tradit Anselmus lib. de concordia praedestinationis, praedestinationis, & gratiae cap. 1. his verbis: Quoniam quod Deus vult, non potest non esse, cum vult homines volentem, nullam prohiberi necessitate ad volendum, sed ad non volendum, & vult effectum sequi voluntatem: tunc necesse est esse librum, & esse quod vult. De quo fuffi disputatione citata, quae erit de concordia libertatis cum decreto praedeterminante.

110 Dices cum Patre Martinono. Implicat contradictionem. quod Deus per Decretum de se efficaciam, & physice praedeterminans, causat in nostris actibus libertatem: Ergo modus ille conciliandi libertatem quem docet Thomista, impossibilis est, & contradictionem involvit. Consequen-

tia patet, Antecedens vero probatur. Implicat quod decretum imponens voluntati necessitatem antecedentem, causat in ejus actibus libertatem, & praedestinat illum infallibiliter simul & libere operaturam: sicut implicat Deum decernere ac praedestinare, quod caecus manens caecus, & privatus potentia videndi, videat: Sed decretum determinans, cum antecedat actus liberus nostrae voluntatis, imponit voluntati creatae necessitatem antecedentem ad operandum: Ergo implicat quod tale decretum causet in nostris actibus modum libertatis.

Respondeo primo, retroquendo argumentum, & demonstrando implicare contradictionem, quod divinum decretum causat in nobis modum libertatis, nisi fit praedeterminans: Causare in nobis modum libertatis, est effecere liberam determinationem voluntatis humanae, in eo enim consistit libertas actualis, sive usus & exercitium liberi arbitrii: Sed implicat divinum decretum causare liberam determinationem voluntatis humanae, nisi fit praedeterminans: Ergo implicat illud attingere modum libertatis, nisi fit praedeterminans. Major constat, Minor probatur dupliciter. Primo quia implicat, decretum causare liberam determinationem voluntatis humanae, nisi illam antecedat prioritate naturae & causalitatis, cum omnis causa debeat esse prior saltem natura suo effectu ut docent Philosophi: Sed decretum antecedens prioritate naturae & causalitatis determinationem voluntatis create, est praedeterminans, ut constat; Thomista enim nomine decreti praedeterminantis, nihil aliud intelligunt, quam decretum antecedens liberam determinationem voluntatis, prioritate causalitatis, & naturae: Ergo implicat decretum causare liberam determinationem nostrae voluntatis, nisi fit praedeterminans.

Secundo probatur eadem Minor: Implicat determinationem voluntatis humanae causari a decreto pure indifferenti. Tum quia, ut passim docet D. Thomas, a principio indifferente, ut indifferens est, non exit actus determinatus, nisi ab alio determinetur. Tum etiam, quia decretum indifferens expectat determinationem a libero arbitrio. Ergo modus conciliandi libertatem creatam, cum ratione prima causae in Deo, per scientiam mediam, & per decretum pure indifferentem, impossibile est, & manifestam involvit contradictionem: cum evidenter repugnet, a decreto pure indifferenti, & a voluntate humana determinabili, ejus liberam determinationem causari.

Respondeo secundo, negando Antecedens: ad cuius probationem, nego Minorem; licet enim decretum praedeterminans antecedat actus nostris liberis, & liberam determinationem voluntatis nostrae, prioritate naturae, & causalitatis, non tamen imponit necessitatem antecedentem. Tum quia voluntas, ut subest tali decreto, retinet potentiam ad actum oppositum; eo quod illud nunquam determinet voluntatem ad agendum, nisi prius tempore, vel natura, applicet intellectus ad representandum objectum ad quod illum moveret, sub indifferentia objectiva iudicij, quae est proxima radix libertatis, & qua posita in intellectu, implicat voluntatem necessitari, ut disputatione supra citata ostendimus. Tum etiam, quia licet tale decretum, & motus, vel gratia efficaci ex illo proveniens, non sit formaliter consequens actus liberis nostrae voluntatis, aequivalenter tamen ad illos consequitur: quia consequitur ad aliquid in quo cohaerent, & a quo causatur nostra libertas: scilicet ad efficaciam divinae voluntatis; ut ibidem fuffe declarabimus & argumenta quae Pater Anastus in libro pro defensione scientiae mediae, in contrarium adducit, exacte discutiemus, & diluemus.

§. IX.

Aliis argumentis confutatur scientia media.

111 Praeter argumenta praecedentibus paragraphis adducta, plura alia suppetunt ad impugnantiam scientiam mediam, quae breviter & compendiose hic attingemus, ea enim lato calamo, & stylo elegantia, prosequitur P. Baronius in libro de libertate humana & gratia divina.

Primum potest sic proponi: Tota veritas & notitia futurorum, nascitur transitu illorum a statu possibili ad ordinem futurorum, qui nec fieri, nec cognosci potest, nisi deus vel comparatur causis externa illius transitus: Atqui non potest alia illius transitus assignari: Ergo in illo & vi illius cognoscitur futura, non vero per scientiam mediam, in signo rationis illud antecedente.

Respondet P. Anastus, negando Majorem, quae asserit futurorum veritatem & notitiam nisi transitu illorum a statu possibili ad ordinem futurorum; quia (inquit) ad verum transitum requiritur rem aliquid tempus sub priori statu transigere, antequam ad alterum deducatur, quod rebus futuris competere nequit, cum futurum illis conveniat ab aeterno.

Sed si valeat haec solutio, seu ratiocinatio, potest alii quis negare Solem & Angelum, & quamlibet rem perman-

mentem, ab eterno creatam (ut creati nihil repugnat) transire a non ente & nihilo, ad esse; quod absurdum est, cum ad talem tranfitum satis sit ex propriis meritis deberi re creatam statum nihili, & potius per totam eternitatem, vel ad tempus, in eo detineri. Quid vero horum deest futuris quibuscumque a Deo praeficit ab eterno, ut illis non minus tranfitus a possibili ad futurum competat, quam ut rebus ab eterno creatis tranfitus a nihilo ad esse; cum revera eadem res que modo dicitur futura, poterit esse sub statu rei pure possibilis, & talis status ei debeat.

116 Non minus absurdum est quod asserit idem Auctor, ad tranfitum actus liberi de possibili ad futurum, sufficere indifferentiam causae ad utrumlibet, qua supposita, putat perinde securitatem actum liberum, sicut ex possibilitate igitur, cum providentia illius naturae accommodata, futura est caelestium. Quid enim incredibilius, perinde a voluntate sui determinativa, nulla nec a se nec a Deo determinatione previa, orturum qui certo sciatur actum liberum, sicut ab igne supra applicato calefactionem; ut enim ait S. Thomas 3. contra Gentes cap. 2. *Quod indifferenter se habet ad multa, non magis unum operatur, quam aliud; unde a contingente ad utrumque non sequitur aliquis effectus, nisi per aliquod quo determinatur ad unum.* Unde merus est paralogismus, ejusdem Auctoris argumentatio pro veritate conditionatorum ante decretum Dei, ex comparatione causae necessaria ad liberum. Qua ratione (inquit) se habet causa necessaria & determinata ad effectum absolute & conditionate futurum, ita se habet causa libera, ut est sui determinativa: Atqui ex illa consequitur effectus determinatus, & hoc certo sciatur a Deo ante decretum: Ergo pariter ex causa libera, & sui determinativa, consequitur effectus certo futurus, & sciatur a Deo ante decretum. *Mitum est scilicet (inquit P. Baronius lib. de libert. humana, de gratia divina) a duobus extremis alio remota, perisse eundem effectum ad eum. Si videlicet quidam illarum, utrumque erit quodlibet ex quolibet partibus. A causa necessaria deducitur effectus necessarius, quia esse potest aliter, nec quidquam aliud agere: causa vero libera & sui determinativa, potest utrumlibet; nec ex adversarii potest quidem certi se illa fieri, in quam partem infallibiliter inclinat, quae scilicet fuerit dubium callens sua praesentia effectus: & hinc si superius placet aquavitum effectui ex causa necessaria & determinata consentio: Certe hoc Adversarii consequentia (ut Cajetanus alia occasione dixit) nunquam trahatur ex antecedente posito, etiam si centum hominum auctoritas.*

117 Secundum argumentum, Futura conditionata, qualia extant in Scriptura, de conversatione Tyrionum, factis apud ipsos miraculis; qua edita fuerant apud Judaeos, de proditione Davidis a Ceilitis faciendis; & apud ipsos moraturus, dum Saul accessisset, & alia id generis futurorum conditionatorum, habent veritatem certam, scitam a Deo, quae ad liberorum ordinem pertinet, & distinguatur a veritate quae inest hujusmodi rebus, ut pure possibilibus, aut ut futuris sub disjunctione: Sed hujusmodi veritatis, aut ut liberis, & distincte a veritate possibilium, aut sub disjunctione futurorum, nulla potest dari alia causa, nisi actuale Dei decretum, ex parte subiecti seu potentiae absolutum, & conditionatum ex parte objecti: Ergo hujusmodi futura non possunt cognosci ut vera, nisi in decreto actuali, subindeque excludenda est scientia media ad hoc inducta, ut ante decretum actuale hujusmodi futura cognoscantur. Major est evidens. Minor vero, in qua est difficultas, sic ostenditur. Causa veritatis quae hujusmodi conditionatis inest, non potest esse decretum indifferens quod fingant Adversarii in Deo, pro sumo antecedenti scientiam medium, cum tale decretum sit commune ad veritatem possibilem, & futuri disjunctivae; & quod multis est commune, non possit esse causa differentiationis & determinationis; neque etiam decretum actuale posterius, pendens a provisione futuri consensus voluntatis creatae, cum posterius non possit esse causa prioris: Ergo necessario recurrendum est ad actuale decretum prius, praedestinativum futuri, quod sit causa prima & propria hujus veritatis; & nisi ad illud recurramus, sequitur dari aliquid horridum in tota Theologia & Philologia, nimirum statum illum futuri determinate, distinctum a statu possibili, aut futuri disjunctivae, cui nihil in Deo respondeat, a quo efficiatur, ut quod participet, ut recte dicitur Joannes a Sancto Thoma disp. 14. art. 4. *Unde immerito dicit P. Annatus, non videri probabiliter hujus consequentia, nec satis digestam hanc ratiocinationem: hic enim dicitur clarifimus est, & nihil indigestum habet, nisi stomacho debili, aut fastidienti.*

118 Idem argumentum fute & erudite prosequitur Ildephonus Michael Tomo 1. in 1. part. q. 14. dub. 3. cap. 4. ubi sic dicitur: *Objectum aliquod creatum transire de statu possibilitatis, & accedere aliquando ad statum existentiae & futuritionis, est una mera possibilitas, & quod hoc sit sine influxu, & interveniu, & voluntate prima causa, quid in-*

intelligibile & imperceptibile est. Et hoc asseritur in ista scientia media ab ejsus Auctoribus: nam futurum illa contingentia conditionata, sunt in statu futuritionis conditionatae, ac per consequens existunt a statu merae possibilitatis, & hoc sine interveniu, vel influxu, vel causalitate prima causa. Item in tali objecto futuro conditionatae reperitur determinatio veritatis, & applicatio ad veritatem, cum tamen de se talia objecta sint indifferentia & indeterminata, & possunt habere & veritatem & falsitatem; & tamen prima causa nullum influxum habuit in tali determinatione & applicatione. Est autem prima causa, etiam prima veritas: & veritas reperitur in tali objecto futuro conditionatae, est veritas secunda, creata & participata, a quo ergo est participata haec veritas, si non a prima veritate, & a prima causa? A quo extraxit est hoc objectum a mera possibilitate, & introductum in aliquam futuritionem, scilicet conditionatam, si a prima causa non est extraxit? Quis hoc percipiet, vel cui hoc non difficile apparebit? Et quod pejus est, Denique ipsam intrinsece determinat, & quasi applicat haec talia objecta scientia media: nam cum in Deo intelligatur indifferentia ad repraesentandum vel consentium vel dissentium, ex objecto creato provenit determinatio intrinseca in intellectu & scientia Dei, ut cuius nunc ab ista intrinseca scientia Dei est repraesentans hanc partem objecti creati, potius quam aliam, & est potius objectum creatum determinate Deum ad aliam intrinsecam repraesentationem, eodem passu quo tale objectum, & liberum nostrum arbitrium, est potius ut dissentiat quando consentit, vel ut consentiat quando dissentit; & hoc totum Deo nonnullum consentiente, ut approbante, nec annuente, itaque liberum arbitrium creatum habet clavem illius abyssus, quae claudit, vel aperit, ut sibi placeat, ostium illud, quasi intendo ad hanc vel ad illam partem, sine eo quod indiget ad hoc, vel licentia, vel facultate, vel influxu, vel interveniu ipsius abyssus, &c.

119 Tertium argumentum contra scientiam medium, potest hinc breviter proponi: Nemo nostrum ita desipit, ut hypothetica judicia simul concipiat cum absolutis: quis enim luculentum Solem videns dixerit, si luceret, sed, illum viderem? aut per manibus habens aut legens Breviarium, diceret, si haberem Breviarium, illud legerem? Atqui similes sunt propositiones hypotheticae, quas assertores scientiae mediae Deo assignant, ut supra §. 6. demonstratum est, juxta illorum principia, iudicium futurorum absolutorum in Deo est prius, aut certe simultaneum, & nulla ratione posterius iudicio hypothetico: Ergo non videtur absurditate carere, admittere in Deo hujusmodi judicia hypothetica, quibus solis constat scientia media.

120 Quartum argumentum: Duobus solum modis interpretari possunt antecedens hujus propositionis hypotheticae. Si Deus concurrat, ille consensus est futurus, quae est objectum scientiae mediae, ut intelligatur de voluntate concurrenti indifferenter ad assensum & dissentium, ut voluit Molina & Suarez, vel secundo ut intelligatur de decreto absoluto, & mere concomitante, ac per extrinsecam Dei causalitatem consistit, ut Vasquez & Arrabal docent: sed quocumque modo intelligatur, evertitur objectum scientiae mediae: Ergo & ipsa perit, cum stare nequeat destructo objecto, & Auctores scientiae mediae, sunt ipsius destructores. Major patet, Minor probatur. Objectum scientiae mediae duo requirit, primo certam & determinatam veritatem: secundo veritatem liberi ordinis, quae non pertinet ad scientiam simplicis intelligentiae: Sed quocumque ex duobus modis recensitis, Antecedens hujus propositionis hypotheticae, si Deus concurrat, ille consensus est futurus, explicatur, utraque vel altera ex illis duabus perfectionibus aut conditionibus ad objectum scientiae mediae requisitis tollitur: Ergo & ipsam objectum scientiae mediae. Major est evidens. Minor quoad utramque partem suadet. In primis enim si in primo sensu interpretetur concursum Dei, id est voluntatem indifferenter ad cooperandum cum causis secundis, & ab illis determinabilem, tollitur certa veritas futuri conditionatis, cum voluntas indifferens non majorem cum consensu, quam cum dissentio connexionem habeat. Si vero in alio sensu, Antecedens illius propositionis hypotheticae explicetur, tollitur alia conditio ad objectum scientiae mediae requisita, nempe libertas & contingentia, tunc etiam tranfit in sensum pure necessarium, immo essentialium, & in circulum vitiosum: non minus enim necessarium est, si Deus cum causa secunda operetur, ipsam patitur operari, quam si duo homines simul currant, utrumque currere: vel si duo equi simul trahant eundem currum, utrumque simul trahere; correlativa enim sunt simul natura & cognitio, & unum altero sublato subtrahere nequit; Ergo, &c.

121 Haec est summa argumenti quod fute proponit Joannes 101 a S. Thoma, & quo ait *ariter meretur Adversarius, & inde telorum imbrem ingere.* Et certe hoc argumentum difficultissimum est, nec tam argumentum dici potest, quam gemini in exhaustum argumentorum; plures enim congerit & accumulat difficultates, a quibus nunquam satis sit expeditum Adversarii, licet in omne latus se vertant. Nam

Nam si in primo sensu concursum Dei interpretetur, id est voluntatem indifferenter ad concurrendum ad quocumque creatura voluerit, ut committere exponere solent, manifestum est illum non posse poni ut Antecedens supra dictae propositionis hypotheticae; est enim communis lex Dialactica, falsam esse hypotesin, cuius Antecedens potest esse verum, falso consequente; voluntas autem indifferens, & parata ad assensum & dissentium concurrere, quolibet eorum determinate sublato, subsistere potest. Si vero decretum Dei ponatur pure concomitans operationem liberam voluntatis creatae, & concurrenti causalitate Dei extrinseca, indistincta a concurrenti simultanea, & subinde ab actu causae secunda, non potest exitari circulus iste vitiosus, ac pene negatorius: *Res est futura, quia Deus vult, & Deus illum vult, quia futura est.*

ARTICULUS VI.

Ab absurdo & inconvenientibus explicatur scientia media.

122 Plura adduci solent absurda, & inconvenientia, quae sequuntur ex scientia media; nos graviora tantum & clara colligemus.

§. I.

123 Scientia media scire videtur ac vixi sleepere errori illi Sempelagianorum, qui asserunt dari in nobis initia quaedam fidei & bonae voluntatis quae non erant a gratia, sed a natura.

124 Probat breviter: Scientia media ponitur ab ejus defensoribus, ut Deus ante omne decretum preveniens nostras voluntates, cognoscit an homo pensus sub his aut illis occasionibus, pro sua libertate consenturus, vel dissenturus sit vocationi ad fidem v. g. supposito tamen auxilio de se indifferenti, & moraliter tantum excitante, quod per ipsam consentum reddendum est efficax, si de facto operetur, vel inefficax per dissentium, si non operari. Haec est tota ratio scientiae mediae, ut notissimum est legentibus Auctores qui illam docent, & in quorundam disputationibus ita passim asserunt: Sed in hac praesentia sic explicata, involvitur, & divino conspectui offertur, aliquod initium fidei, & bonae voluntatis, quod non est a Deo, sed a natura, nec a Deo, sed a solo libero arbitrio, pro sua innata libertate determinatae gratiae ad consentum: Ergo, scientia media laevet & vixi laevet errori illi Sempelagianorum, quo asserunt dari in nobis quaedam initia fidei & bonae voluntatis, quae non erant a gratia, sed a natura. Qui error damnatur in Concilio Arausico can. 5. his verbis: *Si quis dicit augmentum, ita & initium fidei, non per gratia donum, sed naturaliter in nobis esse dicit, Apollitic. Dogmatibus adversarius probatur, Beatae Patris dicens, quia qui capit nobis bonum opus, pericit. Major & Consequentia patet, Minor vero, in qua est difficultas, sic ostenditur. Determinatio & pia motu voluntatis, applicantis & moventis intellectum, ad credendum & assentiendum mysteris revelatis, est initium fidei, & quidam creditulitas affectus, ut docent Theologi in Tractatu de fide: Sed talis determinatio, quae per scientiam medium futura sub conditione praeviderit, non supponitur, nec divino conspectui exhibetur, ut futura, ex vi determinationis gratiae, illam causalitatis, & applicantis voluntatis ad illam; sed potius supponitur, & praeviderit a Deo, ut applicans & determinans ipsam gratiam, quae de se indifferens est, & a voluntate creata determinabilis, ut docent Adversarii: Ergo talis determinatio non supponitur, nec praeviderit a Deo, ut causalitatis vel causalitatis a gratia, & ut ex auxilio Dei determinate proveniens: sed ut ab ipsa voluntate nascens, & ex solis viribus liberi arbitrii procedens. Unde Suarez lib. 1. opusculorum cap. 15. sub fine ait: *Quod creata voluntas, ex sola indifferentia libertatis, potest auxilio indifferenti, actum inchoare, quando, & qualem vult, & in eo in eam tanquam in radicem proximam hanc determinationem revolvitur.* Quibus verbis aperte fatetur, voluntatem creatam esse primum initium suae determinationis.*

125 Confirmatur & magis illustratur haec ratio. Illa determinatio voluntatis, quae supernaturalis est, & initium fidei, ac justificationis, non potest praevideri a Deo, ut procedens & causalitatis, vel causalitatis, a gratia moraliter excitante, vel a gratia coefficiente: Ergo sola voluntas potest praevideri, ut causalitatis, vel causalitatis ex viribus liberi arbitrii. Consequentia patet: Nam praeter illas duas gratias auxiliantes nullam aliam admittunt defensores scientiae mediae; respicit enim gratiam ex se efficacem, & physice praedeterminantem. Antecedens vero quantum ad utramque partem, probatur. In primis enim talis determinatio voluntatis, non potest praevideri a Deo, ut causalitatis per gratiam moraliter excitantem: quia juxta principia Ad-

versariorum, talis gratia subicitur libero arbitrio, & ab illo determinatur, & applicatur ad agendum; ac proinde illa non efficit determinationem liberi arbitrii, sed potius determinatio liberi arbitrii causat ejus efficaciam & usum.

126 Adde quod excitatio moralis, non est vera & realis efficientia, sed impropria tantum & metaphorica, magis quae pertinet ad genus causae finalis, quam efficientis; mover enim solum objective, & exhibendo voluntati bonitatem, quae illam allicit & invitavit ad consentum, non tamen revera efficienter influit in illum; ut constat in pueris, qui moraliter moventur & excitantur currentem, ostensione pomi, vel imaginis: nullus enim dicit talis objecti representationem esse veram & propriam causam efficientem cursus illius.

Probat etiam Antecedens, quantum ad secundam partem. Gratia coefficientis, seu concursus simultaneus ordinis supernaturalis, est indifferens, & modo indifferenti oblatu voluntati, & ab illa determinabilis, quantum ad speciem actus, ut docent Assertores scientiae mediae: Sed concursus indifferens, & determinabilis a voluntate humana, non potest causare ejus determinationem, sed potius ab ea determinatur: Ergo determinatio voluntatis ad credendum, non potest praevideri a Deo per scientiam medium, ut causalitatis ab illo per gratiam coefficientis.

127 Ex his impugnata manet communis responsio Adversariorum, qui dicunt talem determinationem procedere a libero arbitrio, non nude & solitarie sumpto, sed sub ipso auxilio gratiae constituto. Cum enim, ut iam ostendimus, neque gratia moraliter excitans, neque gratia coefficientis, quas illi tantum admittunt, talem determinationem causare possint; sed potius ab ipsa voluntate determinentur, & applicentur ad agendum; perinde est dicere, quod talis determinatio procedat a solo libero arbitrio, ac a libero arbitrio, sub tali auxilio gratiae constituto, illique associato. Sicut quia albedo in manu, non est causa, sed principium coloris, impertinens omnino esset asserere, illum non procedere quidem a manu nude & solitarie sumpta, sed a manu ut albedine affecta, & illa informata.

128 Adde quod, Sempelagiani olim non negabant, consensus & determinationem voluntatis ad actus supernaturalis, procedere a libero arbitrio, sub adjutorio gratiae constituto, sed solum ab ipso gratiae auxilio, ut constat ex Epistola D. Prosperi sapientissime citata, circa ejus finem, ubi dicit: *Par omnium invenitur & una sententia, qua praedestinationem Dei secundum praescientiam recipere: ut ab hoc Deus alio vult honoris, alio contumeliae fecerit, quin finem uniuscujusque praeviderit, et sub ipso gratiae adjutorio, in quo futurus esset voluntate & actione praesertit. Ecce voluntatem, seu voluntatis determinationem, & consensus, praevium non sine auxilio Dei, sed sub ipso gratiae adjutorio, postquam a Sempelagianis, ut recte annotavit Joannes a S. Thoma, Tomo 1. in 1. part. disp. 20. art. 4.*

129 Nec valet quod ait P. Annatus in libro de scientia media disp. 3. cap. 3. §. 2. *hic appellari solum Joannem a S. Thoma quod dicitur quare de Sempelagianis, quae Prosperus Catholice Scripsit attribuit, Ambrosium, Hieronymum, & alios SS. Patres eodem involvens, quae Sempelagianae pallia. Non valet, inquam, ut enim recte ait P. Baronius libro saepe citato, de libertate humana, & gratia divina disp. 2. sect. 2. §. 9. *illa reprehensa Joanni a S. Thoma, graviori reprehensione digna est: nam Massilienses hoc maxime nomine Augustinum arguebant; quod in his de gratia & libero arbitrio controversis, Antiquorum Patrum vestigia deseruissent quibus ipsi mortuus adhererent: ac proinde parum illam usam sententiam, quae praedestinatio Dei, secundum praescientiam recipitur, sit ex Patribus vindicantem iactant; & adversam Augustinum, quem ab illis dissentire dicebant.**

130 Fallum est etiam quod Hieronymus & Ambrosius, praedestinationem secundum praescientiam meritorum admittunt: Immo potius Pelagiani, illos SS. Patres, ut libertatis destructores, & cum Manichaeis sentientes, calumniantur, ut de se refert D. Hieronymus in Epist. ad Orestionem, versiculo: *Quod autem sursum deorum justitiam liberum arbitrium a nobis auferri: & de S. Ambrosio D. Augustinus, lib. 1. cont. Julian. cap. 4. his verbis: *Quid nonem dicitur niteris meum, & Ambrosium facit, tacito ejus nomine, Manichaeum? Non ergo Joannes a S. Thoma, sed Franciscus Annatus, illos Sanctos Patres, eodem quo Sempelagianos pallio tegit, dum eis attribuit sententiam docentem praedestinationem ex praevitis meritis fieri: nam, ut ait profer initio ejusdem Epistolae, Massiliensium doctrinam reiores: *Haec isorum definitio ac professio est. Omnem quidem hominem in Adam peccare peccasse, & nentem per opera sua, sed per Dei gratiam regeneratione salvum... Qui autem creditur fuisse, quid in ea filo, qua deinceps per Dei gratiam fit juvanda, mansuri sunt, praesertim ante mundi constitutionem Deum, & eos praedestinasse in regnum suum, quos gratis vocatos, dignos futurae electionis, & de hac vita, bene sine excessibus esse praesertit.***